



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Replica. Oder. Beweiszliche Ableinung der Nichtwerdigen  
Defension Schrifft/ wegen der schlimmen Luegen  
Reuocation Praedigt/ mit welcher die Wittenbergische  
Theologi sampt jhrem fantastischen Raben ...**

**Leucht, Valentin**

**[Frankfurt am Main], 1602**

Prophecey Lutheri.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-32863**

## Metamorphosis Coruina.

Pfui: nocet hic foetor, suaues incendite odores,  
Ne quoque leucoræ fortè fugentur apes.  
Antitheton gratum, ROMANA apotheca ministrat,  
Dum mentem, & castum corpus habere docet,  
SAXONIAE sed LVSTRA petant, quos GALICA foedè  
Inquinat incestos, corripuitque lues,  
Hic, vbi FENELOPES SPONSI, VENERIQUE dicati,  
Fulmine terrificant agmina PONTIFICIS.  
Dic mihi CORVE tamen (non vis audire Columba)  
Quid precij infamis dat tua SPONSA tibi?  
INFERNUM dicis, nec merx indigna pudore,  
EXTRA ARCAM Scortum turpe cadauer amat.  
Oscula quid mirum si Scorti in podice figis,  
Qui sacros horres PAPÆ adijisse pedes?  
Sed seu PONTIFICEM CANIS oderis; altera Vacca,  
siue nates lambas, ORCVS vtrumque probat.  
CORVE (sed hanc turpem mentem deponito) faxis  
Certior vt fiam, quærere pauca libet.  
Somnia LVTHERI tantum potuère? MEVS GREX  
Gaudebit STERCVS vel coluisse meum.

Prophecy Lutheri.

Meine Mist soll angebettet vnd für Bism  
gehalten werden.

Tischrede  
fol. 441. b.

LVTHERI, at placuit MAGNUM colere EXCREMEN-  
Ne MAGNUM, castus, PONTIFICEM coleres. (TVM;  
INSANVM ERGO CAPVT, VECORS, ACHERONTE VO-  
Flagitij & sceleris fax V Vitteberga fouet. CATVM,  
T 3 Defino.

Metamorphosis Coruinæ.

Defino. De nostro quæ situs carmine dicas;  
METZNERVS VATES HELLEBORO indiguit.

In eandem RABI Metamorphosin.

**C**Oruum aquasse refert, puras sine labe Colum-  
Fabula: peccato sed niger ille suo est. (bas  
Hæc finxere olim Veteres, nos facta videmus  
Portenta: accepit fabula prisca fidem.  
Aspicas Rabum hunc. se iunxerat ille Columbis,  
Ut Pius, & Simplex Numina sacra colat.  
Quis non dixisset puram sine labe Columbam?  
Sed niger intacto cum grege coruus erat.  
Ergo licet Superis adstrictus, vincula rupit.  
Omnia: peccato sit niger ipse suo.  
Connubij sacras incestat Apostata tadas.  
Et tegit has sordes nomine Coniugij.  
Quid precer huic Sponso: furua tibi pronupa no-  
Sponsa sit; in stygios te trahat illa lacus. (Cris  
Ut quoniam nuceas liquisti sponte columbas,  
Nolentem Corui te stigy Exoculent.

Omnia subijciuntur censuræ non sanctæ  
Saxonicae Ecclesiæ.

FINIS.